

6.2: *altre controversie, anni 1231. e 1497. (c. 112.-113.)*
ex lib. A. rub. Arch. Cap.lrs c.ta 28. t.o

(a metà carta 112. del sesto fascicolo)

In Xp.i no.ine amen (*sin qui, in margine*) Anno eiusd.m Nativ. 1497. indictione decima. die Mercurii quarto mensis Julii. Tar. in Sacristia Eccl.ie Cathed.s Tar.e

presentibus DD. prb.s Zanino Nigro Mansionario in dicta Eccl.ia, Bartholomeo, Zamboni, et Donato petotino prebendatis in dicta Eccl.ia testibus, et aliis¹.

Congregato Cap.lo Venerabilium Virorum D. D. Decani et Canonicorum Eccl.e Cathedr. Tar:e in quo Cap.lo interfuerunt Ven.Viri D.ni eximius decret.D. Dom.nus Galeottus del Corno Decanus., Jacobus a Caballis. Petrus Rubeus. Amadeus Theodori. Franciscus de Bladino. Nicolaus de Montona. et Jacobus de Scotis omnes Can.ci dicte Ecc.le in Sacris constituti, facientes et constituentes totum et verum Capitulum cum nullus alius Can.cus sit in Sacris in Civitate Tar., qui ad dictum Cap.lum possit, vel valeat evocari de jure, aut consuetudine.

Ubi, vacante eccl.ia S. X.ne, cuius eccl.ie provisio, institutio, et destitutio ad dictum Cap.lum prelibate eccl.ie pleno jure spectat et pertinet; Ne dicta eccl.ia et populus eiusdem detrimentum patiantur, supradictus D. Galeotus Decanus utiliter volens ipsi eccl.ie providere, ut jure ipsius Eccl.ie conserventur, et dante Domino in melius refoventur, confisus de sufficientia Ven. Viri D. Presbyt. Jacobini q: Tomei de Lanzanico hab. Tar., qui apud dictos D. Decanum et Cap.lum laubabiliter comendatur; dictam eccl.iam sic vacantem seu alitercumque vacet dicto D. P. Jacobino ibi presenti humiliter acceptanti, et coram ipso D. Decano et Cap.lo prenominate eccl.ie flexis genibus existenti, contulit, et sibi de ea providit, ipsumque P. Jacobinum cum bireto de ea actualiter investivit, Curam animarum populi et eiusdem eccl.ie plenarie committendo, et ad continuam residentiam inibi faciendam, mandantes sibi de fructibus, redditibus, oblat., et obven.tibus predicte eccl.ioe integraliter responderi.

Qui P. Jacobinus sic investitus de mandato dicti D. Decani juravit ad S.ca Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis sibi delato Sacram.to per dictum D. Decanum obedientiam et reverentiam habere semper DD. Decano, Can.cis, et Cap.lo dicte Eccl.e Tar.e, et bona dicte sue eccl.ie manutenere, et usque ad unum mensem inventarium de suis bonis conficere.

In quorum omnium premiss.m fidem et testimonium, presens instrumentum collationis, sive investiture fieri jussimus, et sigilli rotundi Cap.li Eccl.ie Cathedr.lis Tarv:ae appensione muniri.

Ego Hieronimus filius q. Lililleralis de Pinadello not.ri public. imperiali ac.te Notarius civis et habitator Tar. et Notarius dicti Cap.li de mandato scripsi et rog.

(- carta 112. tergo)

ex libro Stat. Com. Tar. 1231. sign. C. c.ta 45.
Rub. de Collectis eccl.e

Item in Collectis tesaurizationis vel alterius laborerii eccl.e quilibet pro podere solvere teneatur.

Antichissimi Cap.li estesi dal Vescovo Barbo, per quanto può conghietturasi p. S. Giacomo di Schiriale etc.

ex lib. A. Rub. c.ta 32, inserta in fol. parvo.

Ad Laudem, et gloriam D.ni (*sin qui in margine*) N.ri J. Xp.i, . . .

¹ (*a lato, in margine sinistro*) Coll.o eccl.iae S. Xp.nae cum commissione Curae populi.

eiusque Matris Virginis gloriosae Mariae, ac B. Petri Apostoli, sub cuius nomine n.ra Tarv. Eccl.ia nuncupatur pro augmentatione Divini cultus.

Infrascripta sunt Statuta pro pueris, et pauperibus Clericis instruendis, secundum ordinationem S. D.ni n.ri, D.ni Eugenii PP. quarti, qui hospitale S.ci Jacobi de Schiriali, et Vicariam perpetuam, et eorum fructus pro infrascriptis expensis deputavit.

Primo, volumus, et ordinamus, (*sin qui in margine*) quod dictum hospitale, et dicta Vicaria, cum vacabit, regantur per unum, aut duos clericos, aut laicos, prout elegerit D.nus E.pus cum D.no Decano, et priori, seu antiquiori Canonico, qui ad libitum dictorum amministrationem habeant antedictam, non obstante, quod in bulla dicatur, quod per Massarium Cap.li administrentur praedicta, eo quod ministratio per Massarium in manifestum detrimentum dicte administrationis redundabat propter annualem mutationem ipsius, et dicti sic electi ad administrationem yconomi nominentur.

Item statuimus, quod de fructibus (*sin qui in margine*) hospitalis praedicti provideatur, quod sint quatuor letice fulcite lectis, linteaminibus, cultris, et aliis opportunis. Et habeant ad minus paria duo linteaminum pro quolibet lecto, ut pauperes sint mundi. Unus lectus deputetur pro Servitore hospitalis. Alii tres pro tribus pauperibus, et non recipiantur plures, quia hospitalis non esset potens ad tot onera, nec recipiantur infirmi extra territorium Tarvisinum. Sed solum qui infirmitati fuerint in Tarvisio, et eius territorio, et de Lepra, et non de alia infirmitate.

Item provideatur dictis infirmis (*sin qui in margine*) pro eorum victu, et vestitu de eo, quod defecerit eis, ultra elimosinas.

Item provideatur de aliquo bono (*in margine, sin qui*) viro aut D.na non suspecta, quae curam gerat de pauperibus, et de rebus hospitalis.

Item reservetur annis singulis de (*in margine, sin qui*) redditibus hospitalis ad partem ad minus lib. 50. pro fabricis in possessionibus aut eccl.iae aut hospitalis fiendis.

Item de dictis redditibus hospitalis (*sin qui in margine*) habeant yconomus libr. XXVI., et similiter yconomus vicharie cum vacabit habeat sol. XX. et honorantias, scil. Gallin. 17. pullos 22. val. sol. 20. ova 50. Spalas 4. anseres 2., et si unus fuerit deputatus pro ambabus amministrationibus habeant dicta salaria.

De redditibus autem, qui superfuerint (*in margine sin qui*) a predictis honeribus provideatur pro Mag.ro grammaticae, qui tenetur docere dictos 12. et 8. supernumerarios, et in quantum possit reperiri, qui doceat dictos XX. in particularibus, talis provideatur, si fieri potest, de aliqua Canonica in canonica, et habeat pro suo salario libr. C.², et quia pro illo salario non reperiretur magister ydoneus, et de redditibus hospitalis non posse fieri provisio sufficiens, concedatur Mag.ro, quod possit tot pueros accipere, quot ipse poterit vacare dictis XX. et suis.

Item ordinamus quod Magister cantus (*sin qui in margine*) assumatur de cantoribus n.rae Eccl.iae, qui debeat docere cantum ipsis viginti videl. illos, qui fuerint apti, et qui studuerint p.ns in gramatica per annos III., et habeant pro suo salario lib. 50. Frum. St. 4. verum pro aliis provideri non posset, quia non suppetunt redditus. Sed cum Vicaria eri erit (*sic*) unita, provideatur de pinguiori salario, et teneatur docere Clericos VIII. aut ille aut aliquis Magister Naco (*sic*).

Item ordinamus, et statuimus (*in margine sin qui*) quod anno primo, et quarto, quo ipsi pueri simul, vel pro tempore singulariter fuerint recepti in dicto numero de 12. provideatur unicuique Eorum de una tunica, seu socha longa usque ad superficiem pedis cum manicis strictis, et honestis.

Item de s. capucio cum becho, qui fogiam capucii non excedat, nec quartam unam. item de uno par caligarum. item de s. bireto aliis annis, dividantur singulis annis libr. 100. inter eos pro emendis libris gramaticae, vel illa quae utrisque, deductis oneribus aliis, et expensis prout supra ordinamus, aut quae occurrerint, super esse fuerint reperta.

. . .

² (*a lato, in margine sinistro*) St. VIII. Fr:ti

De modo eligendi dictos pueros; de aetate eorum, et de modis servandi circa eos.

Statuimus, et ordinamus quod (*in margine sin qui*) pueri eligendi in numero duodenario sint ad minus in aetate X. annorum, et ad plus in aetate XIII. et sint oriundi de Civitate, aut territorio, seu districtu tarvisino.

Item volumus, et statuimus, quod (*sin qui in margine*) nullus admittatur in numero dictorum XII., qui sit clericus alicuius Beneficiati in n.ra eccl.ia, aut Civitate, aut diocesi Tarv., ut augeatur Status clericalis, et vere indigentibus provideatur, e per ipsos plenius serviatur n.rae eccl.iae. et valeant melius scholis vacare, sed bene de supernumerariis etc.

Item statuimus, et ordinamus (*in margine sin qui*) quod ut d.ti pueri habeant causam continuandi scholas, et non tepescant, se confidentes de provisionibus praedictis, sed infra competentem terminum, infra quem quis verisimiliter debeat grammaticam dedicisse. Hi qui recipiuntur in numero de duodecim in eo permaneant, et habeant provisiones superius assignatas usque ad annos V. a sua receptione. Lapsis annis V. ipsorum locus vacet ipso f.cto, et alii de VIII. supernumerariis subrogentur, et non assumatur alius, ut ipsi supernumerarii hac spe libentius serviant eccl.iae n.rae. nec contra istam ordinationem utilem et saluberrimam terminus praedictus prorogari possit alicui, nisi de evidenti et justissima causa, et de consensu D.ni E.pi, aut eius locumtenentis, D. Decani, aut eius locumtenentis, et primi Canonici. Et si contingeret assumi omnes supranumerarii, et adhuc esset locus, assumantur aliunde.

Item ad hoc ut in eccl.ia n.ra clericalis (*sin qui in margine*) numerus augeatur, et cultus augmentetur divinus, Statuimus, quod cum vacaverit locus aliquis de dictis XII. tunc ex auctoritate Vicarii cum caeteris deputatis, ut infra, advocetur Magister litterarum grammaticae, et ad minus tres de clericis supernumerariis, et non aliis, qui magis assueti sunt convenire ad eccl.iam n.ram, atque sunt mansuetae naturae, et aptiores ad adiscendum, et de his unus, (*parola cancellata*) ad numerum duodecim, quem D. E.pus, aut ejus . . .

(*sesto fascicolo, carta 113.*)

(*segue sotto metà carta 113. e sul margine inferiore*) aut eius Vicarius, cum uno de praedictis sociis elegerint, et in loco illius supranumerarii, ponatur alius, qui sit aptus ad clericatum, et quem D. E.pus. aut eius Vicarius elegerint.

Item ne propter continuationem (*sin qui in margine*) divinorum officiorum, tollatur tempus, quo dicti pueri habent vacare studio litterarum, Statuimus, ut diebus ferialibus pueri vacent studio addiscendi grammaticam; nec his diebus teneantur ad eccl.iam venire, nec etiam studii cantus in aliqua hora, si fieri potest, qua non impeditur eorum accessus ad scholas grammaticae. Et haec pendent in arbitrio D.ni E.pi, aut eius Vicarii. Diebus autem Dominicis, et festivis, scil. qui custodiuntur per totam Civitatem, vacent ad addiscendum cantum, et in missis et vesperis cum suis superpeliceis sive cotis teneantur ad eccl.am convenire, et Magister eorum, sicut in sequenti declarabitur Cap.lo faciat eos binos et ordinate venire obviam D.no E.po, et intrare cum ad i (*sic*) et bonam custodiam con pont (?) de ipsis, quod debitam reverentiam faciant ante altare ubi est reconditum corpus Xp.i, et altare maius, quum intrabunt eccl.iam; sed quum revenirent in choro et diligenter custodiat eos, ne vacent confubulationibus, nec risui, seu aliis incompositis actibus (*sic*) in choro, et sint solliciti ad (*manca una parola*) et serviendum, quod fuerit opportunum, et contrafacientes notet, et post officium verberibus corriget et castiget.

Item volumus, et ordinamus, (*in margine sin qui: e siamo sul margine inferiore della carta*), quod Magister grammaticae, si fuerit clericus conversans in n.ra eccl.ia habeat curam morigerandi dictos pueros, tam in schola grammaticae, quam in eccl.ia, et eos corrigere et verberare. Quod si Magister praed.us non fuerit clericus conversans in eccl.ia, magister cantus eos custodiat et corrigat in eccl.ia, ut superius dictum est.

Item Statuimus, quod (*in margine sin qui*) si quis puer de praedictis repertus fuerit non vacare scholae, aut eccl.iae, aut propter eius defectus (*sic*) ineptus ad clericatum, . . .

et fuerit incorregibilis. Magister informet D. Epum, aut eius Vicarium, et una cum deputatis ad hoc, ut inferius declaratur, expellat talem, et alium ab eo subroget.

Item ne per fraudem (*sin qui in margine*) introducantur in numero dictorum XII. clericorum, ut emonumenta recipiant antedicta, et postea e statu retrahant clericali in grave prejudicium huius operis sancti, Statuimus et ordinamus, quod quum aliquis recipitur in dicto duodeno numero eius Pater, aut Mater, aut alii parentes eius, qui eum praesentaverint, juret (*sic*) quod (*c'è uno spazio vuoto*) causa habendi emolumenta praedicta³, pure eum offerunt, ut sit clericus, et perveniat ad ordines Sacros, et promittat, quod si aliquo tempore persuasione sua, aut parentum se subtraxerit composito (*sic*) clericali, teneatur restituere omnes expensas factas in vestimentis, libris, aut receverit in pecunia, aut aliis rebus, excepto salario Scholarum. . . .

(*termina nella prima parte del margine sinistro di carta 113., scritto di traverso*)

Item declaramus ad hos spectare regimen, et gubernationem omnium praedictorum: ad D. Epum, aut in eius absentia ad eius Vicarium. Ad D.num Decanum, et ad primum Can.cum, qui fuerit praesens in Civit. Tervisii, et resedentiam fecerit, et facturus sit. In absentia vero dicti Decani, sit sequens Can.cus post primum simili modo existens in Civit. Tarvisii, et residentiam facit, ut de primo dictum est. Et quum de tribus praedictis duo conveniunt in unum, tertius consentire debent (*sic*), nisi specialiter aliter fuerit ordinatus. . . .

(*riprende da carta 113. in alto; il titolo è in margine superiore*)

ex eodem libro F. c. 89. t.o

In Xp.i no.ie amen.

Replicant, dicunt, exponunt (*sin qui in margine*), et protestantur Ven: Viri Johannes Delphino, Jacobus a Caballlis, Petrusbenedictus, Odoricus de Vonico, Petrus rubeus et Amadeus omnes Can.ci eccl.ie Tarv. constituentes, et facientes in hoc casu totum, et verum Capitulum dicte eccl.ie, cum nullus alius Can.cus esset in diocesi Tarv., qui deberet ad dictum Cap.lum convocari. [adheserit protestationi dicti capituli facte per ipsum] (*sic cassum*) (*è cancellata la frase fra parentesi quadre*) ad tollendam infamiam R:di in Xp.o Patris et D. D.ni Jo: Benedicto Dei gratia E.pi Tarvisini contra et adversus d: Jo: de armano Can.cum Tarvis. seu contra quamdam suam apertam protestationem, si sic dici meretur factam contra prefatos Can.cos verum Cap.lum reputantes,

et p:o negant narrata in protestatione dicti D. Jo: de Armano fore vera, prout narrantur, nec valet nec valere potest talis protestatio, cum sit contraria facto per ipsum Do: Jo: de Armano commisso contra honorem d.ti Capituli tar., nec prefati dicte protestationi consenserunt, nec consentiunt pluribus rationibus et causis asserentes dictum D. Jo: de armano fuisse creatum per ipsum Capitulum syndicum et procuratorem specialem ad prosequendam quamdam appellationem interpositam per ipsum Capitulum a quibusdam gravaminibus illatis dicto Capitulo per Do. Jo: de Fabriano tunc Vicarium prefati D.ni E.pi Tar. prout in dicta appellatione serius continetur; non autem fuit constitutus syndicus ad inhonesta et illicita apponenda seu apponi faciendum, nec factum. eius potest prelibato Capitulo nocere, quia licet habuerit generale mandatum et honestum in forma comuni ad opponendum crimina per viam exceptionis, tamen si aliquid calumniose propopsuit, seu proponi fecit, quod sibi non fuerit specialiter mandatum, non debet dicto Cap.lo imputari, sed ipsi syndico et procuratori, qui excessit fines mandati ex proposito malo.

Nam illicita, et falsa non veniunt in mandato, nisi specificè exprimantur, preterea in generali mandato non intelligitur Capitulum praefatum mandasse suo procuratori, quod dolum committat, nisi illud specificè concedatur, nec in generali procuracione veniunt illa, que quis non esset specialiter concessurus, et etiam abque eo, quod supradictus syndicus vigore dicti mandati consuluerit aliquem de consultoribus datis eidem per dictum Cap.lum, . . .

³ (*a lato, in margine sinistro*) V. in margine supra ult. p. Item.

sed alio applaudenti sibi et sue male intentioni, que fuit de se vendicando de ipso D. E.po Tar., qui post ipsum D. Jo: de Armano procuratorem misit ad Rom. Cur. quemdam criminalem processum, per quem alias fuerat in E.pali Curia Tarv. condemnatus, prout legitimis documentis ipsum fuisse culpabilem probabitur, et ideo culpa debet sequi suum auctorem.

Ex predictis, et aliis multis concludi potest, quod protestatio d. Jo: de Armano non relevat ipsum protestantem, nec honesta protestatio Cap.li facta contra ipsum D. Jo: de Armano ipsum infamat, sed ipse sibi ipsi infamiam irrogavit. Et licet idem in sua protestatione asserat, quod intimatoria dedit dicto Cap.lo, et dictum Cap.lum illam audisse, et examinasse, salva reverentia non illam examinavit propter dicti D. Jo: de Armano importunitatem, ut cito presentaretur.

Et est absque eo, quod illam approbaverit dictum Cap.lum, nisi in ea parte, in qua vera narrabat, que erant expressa, non autem de falso, et non vero. Et quia erat integra, et indivisibilis, ne propter falsa veritas prejudicaretur, et maxime his, que ad jurisdictionem et appellationem pertinebant, fuit presentata. (*seguono due parole cancellate*)

Sed tam per talem presentationem, non intelligitur Capitulum ratificasse male gesta per syndicum antequam fuerit lis contestata, vel processum ad ulteriora, fuit etiam presentata, ut honor dicti Judicis ille suo remaneret, que de appellatione, et jurisdictione Capituli habebant, cognoscere, et causa evitandi sumptus, qui non sunt minimi in impetrando novam Commissionem, et litigando.

Eapropter Cap.lum prelibatum antequam ad ulteriora sit processum, ratum non habuit nec habet male gesta, per D. Jo: tunc Procuratorem, inherendo sue prime protestationi, quod numquam fuit de mente dicti Capituli, ut dicta enormia crimina contra ipsum D. E.pum proponerentur in Concistorio nec aliquid aliud, et si dictus D. Jo: de armano contradicit, dicte protestationi per Cap.lum facte primo, ac etiam hinc protestatur dictum Capitulum de expensis, damnis, et interesse factis et faciendis, salvo jure petendi contra eum coram iudice competenti suis loco, et tempore ea, que venerunt, et venirent pro interesse Cap.li ex culpa d. D. Jo: de Armano.